

*Ordini e proibizioni ai mercanti per Trevisonda e per tutto il dominio d'Abusaid Chan di Tauris.*

Perpetua. Venetus non possit accipere havere alicujus forensis in recommandaria nec ad partem prodis nec in depositum per totum imperium Bonsaiti vel Trapesundi, sub pena L pro centenario. Conducere autem possit saumas, etc. 20.

Venetus non possit extrahere de dictis partibus aliquas mercationes pro pluri illo quod sibi restasset. 19.

Non possit esse plezius pro forense in dictis partibus.

Libertas data Consuli Turisii super predictis, et qualiter debet fieri ipse Consul qui sibi eligat quatuor Consiliarios. 20.

Ordines servandi prohibitivi multorum et qualiter procedi debeat contra non servantes per Consulem Turisii, et qualiter Consul fieri debeat, et plura alia ordinamentorum capitula. 19. 20. 21.

1325 (*Libro IX*).

Armata itura in Armeniam, et ordines ipsius armate. 63. 83.

Mittatur una de galeis nostri Comuni disarmata in Armeniam, etc. 103.

*Legname mandato ai Veneziani in Armenia.*

Item. Mittatur per Comune lignamen illuc pro reparatione domus Baiuli, lobie et aliarum nostrarum domorum Armenie, et Bajulus habeat libertatem accipiendi de toto havere nostrorum soldos 2 pro centum libris, biennio. 103.